pugnabant quamplurimi Saracenorum fortissimi bellatores; quod Pisani sufferre nolentes ignem in unam turrium submiserunt, et eam capiendo alios effugaverunt, et qui remanserant ⌊ Saraceni, contra quos expugnandos unus Pisanorum fortis et audacissimus per scalam ascendit, et ei altero Christianorum succurrente, qui de intus ascenderat, quinque Saracenos interficientes, conspiciente et admirante toto Christianorum exercitu, turrim obtinuerunt quartodecimo ~~Kalendas~~ Aprilis. Videns igitur rex Bursabe, quem Saraceni defuncto rege Nazaradeo sibi dominum fecerant, solum Cassarum remansisse, et diffidens et desperans se Pisanorum fortitudini et ingeniis posse resistere per marinam fugam cum paucis Saracenorum et regiis thesauris temptavit evadere. Sed sicut Deo placuerat, Pisanorum custodias non potuit fallere. Ingrediens etenim in naviculam a Pisanis illico captus est, et in vinculis detentus. Tandem ~~xx~~ cum gloria Pisanorum

~~Castram ... corr.~~

⌊ in turri occiderunt. In altera turri[a] quinque remanserant

quinque

a) turri in loco raso (...)

ke

Nazaradeo

dum